



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum aliqua creatura possit immutare voluntatem, vel imprimere in
ipsam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

que est perfecta, quandoque imperfecta. Quando quidem est perfecta, facit necessariam inclinationem in id, ad quod determinat, sicut per naturam de necessitate inclinatur voluntas in appetendum finem, sicut contingit in beatis, in quibus charitas perfecta inclinatur sufficienter in bonum, non solum quantum ad finem ultimum, sed quantum ad ea quae sunt ad finem. Aliquando vero forma superaddita non est usquequaque perfecta, sicut est in viatoribus, & tunc ex forma superaddita voluntas inclinatur quidem, sed non ex necessitate.

ET PER hoc patet solutio ab obiecta. Nam primae rationes probant quod Deus potest immutare voluntatem. Secunda vero, quod non potest eam cogere, quorum utrumque verum est, ut ex dictis patet. Sciendum tamen quod ubi dicitur in glossa inducta, quod Deus operatur in cordibus hominum ad inclinandas eorum voluntates in malum, non est intelligendum, ut glossa ibidem dicit, quasi Deus malitiam impartitur: sed quia sicut apponit gratiam, unde inclinatur hominum voluntas ad bonum, ita subtrahit quibusdam, qua subtracta inclinatur voluntas eorum ad malum.

ARTICVLVS IX.

Virum aliqua creatura possit immutare voluntatem vel imprimere in ipsam.

NONO queritur, virum aliqua creatura possit immutare voluntatem, vel imprimere in ipsam. Et videtur quod sic, quia ipsa voluntas creatura quaedam est: sed voluntas actum suum immutat quo vult. ergo videtur quod aliqua creatura immutet voluntatem, & cogat ipsam.

¶ 2 Præ. Difficilius est immutare totum quam partem: sed secundum quosdam Philosophos corpora caelestia immutant totam multitudinem ad aliquid volendum. ergo multo fortius videtur quod possunt cogere voluntatem alicuius vnius.

¶ 3 Præ. Quicumque vincitur ab aliquo, cogitur ab illo: sed secundum Philosophum in 7. ethic. incontinentes vincuntur a passionibus, ergo passiones immutant & cogunt voluntatem incontinentis.

¶ 4 Præ. Secundum Augustinum in 3. de Trin. superiora tam in spiritibus quam in corporibus mouent inferiora naturali quodam ordine: sed angelorum beatorum sicut intellectus est superior & perfectior nostro intellectu, ita & voluntas eorum nostra voluntate, ergo sicut per intellectum suum possunt imprimere in intellectum nostrum eum illuminando secundum doctrinam Dionysij, ita videtur quod per voluntatem suam possunt imprimere in voluntatem nostram aliquando eam immutando.

¶ 5 Præ. Secundum Dionysium superiores angeli illuminant & purgant inferiores: sed sicut illuminatio pertinet ad intellectum, ita purgatio videtur pertinere ad affectum, ergo sicut angeli possunt imprimere in intellectum, ita in voluntatem.

¶ 6 Item. Magis natum est aliquid immutari a superiori natura quam ab inferiori: sed voluntate nostra sicut est inferior appetitus sensibilis, ita est superior voluntas angelica. ergo cum appetitus sensibilis immutet interdum voluntatem, multo fortius voluntas angelica poterit voluntatem nostram immutare.

¶ 7 Præ. Luc. 14. dicit paterfamilias seruo suo, Cōpelle intrare: intratur autem ad illam canam per voluntatem, ergo per angelum, qui est minister Dei, voluntas nostra potest ad aliquid cogi.

A SED CONTRA, est quod Hug. dicit liberum arbitrium est potētissimū sub Deo: sed nihil immutatur nisi a fortiore: ergo nihil potest voluntati immutare. **¶ 2 Præ.** Meritum & demeritum in voluntate quodammodo consistit: si ergo aliqua creatura posset immutare voluntatem, posset aliquis iustificari, vel peccator effici per aliquam creaturam, quod falsum est, quia nullus fit peccator nisi per seipsum, nec aliquis fit iustus nisi Deo operante & ipso cooperante.

RESPON. Dicendum, quod voluntas potest intelligi immutari ab aliquo dupliciter. Vno modo sicut ab obiecto suo: sicut voluntas immutatur ab appetibili, & sic non querimus hic de immutante voluntatem, hoc. n. supra ostensum est quod aliquod bonum de necessitate mouet voluntatem per modum obiecti, quamuis voluntas non cogatur. Alio vero modo potest intelligi voluntas immutari ab aliquo per modum causae efficientis. Et sic dicimus quod non solum nulla creatura potest cogere voluntatem agendo in ipsam, quia hoc nec Deus poterat: sed nec et potest directe agere in voluntatem, ut eam immutet necessario, vel qualitercunque inclinet, quod Deus potest. Sed indirecte potest aliquo modo inclinare voluntatem aliqua creatura, non tamen necessario immutare. Cuius ratio est, quia cum actus voluntatis sit quasi medius inter potentiam & obiectum, immutatio actus voluntatis potest considerari, vel ex parte ipsius voluntatis, vel ex parte obiecti. Ex parte quidem voluntatis mutare actum voluntatis non potest nisi quod operatur intra voluntatem, & hoc est ipsa voluntas, & id, quod est causa esse voluntatis, quod secundum fidem solus Deus est. Vnde solus Deus potest inclinationem voluntatis quam ei dedit transferre de vno in aliud secundum quod vult. Sed secundum illos qui ponunt animam creatam ab intelligentijs, quod tamen fidei contrarium est, ipse angelus vel intelligentia habet effectum intrinsecum voluntati in quantum causat esse quod est intrinsecum ipsi voluntati. Et secundum hoc Auice. ponit quod sicut corpora nostra immutantur a corporibus caelestibus, ita voluntates nostrae immutantur a voluntate animarum caelestium, quod tamen est omnino falsum. Sed si consideretur actus voluntatis ex parte obiecti, sic inuenitur voluntatis duplex obiectum. Vnum, ad quod de necessitate naturalis inclinatio determinatur, & hoc quidem obiectum est voluntati inditum & propositum a creatore, qui ei naturalem inclinationem dedit in illud. Vnde nullus potest necessario per tale obiectum immutare voluntatem nisi solus Deus. Aliud vero est obiectum voluntatis, quod quidem natum est inclinare voluntatem, in quantum est in eo aliqua similitudo vel ordo respectu ultimi finis naturaliter desiderati, non tamen ex hoc obiecto voluntas de necessitate immutatur ut prius dictum est, quia non in eo singulariter inuenitur ordo ad vltimum finem naturaliter desideratum. Et mediante hoc obiecto potest aliqua creatura inclinare aliquatenus voluntatem, non tamen necessario immutare, sicut patet cum aliquis persuadet alicui aliquid faciendum, proponendo ei eius utilitatem, & honestatem, tamen in potestate voluntatis est, ut illud acceptet vel non acceptet, eo quod non est naturaliter determinatum ad id. Sic igitur patet quod nulla creatura potest directe immutare voluntatem, quasi agendo intra ipsam voluntatem, potest autem extrinsecus aliquid proponendo voluntati, eam aliquo modo inducere, non tamen immutare.

B AD PRIMVM ergo dicendum, quod voluntas potest seipsam

C AD SECUNDVM dicendum, quod voluntas potest seipsam

D AD TERTIVM dicendum, quod voluntas potest seipsam

E AD QVARTVM dicendum, quod voluntas potest seipsam

F AD QVINTVM dicendum, quod voluntas potest seipsam

G AD SEXTVM dicendum, quod voluntas potest seipsam

H AD SEPTIMVM dicendum, quod voluntas potest seipsam

I AD OCTAVM dicendum, quod voluntas potest seipsam

K AD NONVM dicendum, quod voluntas potest seipsam

L AD DECIMVM dicendum, quod voluntas potest seipsam

margin notes on the left edge of the page, including fragments of text from the adjacent page.

margin notes on the right edge of the page, including fragments of text from the adjacent page.

seipfam immutare respectu aliquorū directe, cum sit domina suorum actuum. Et cum dicitur, quod non immutatur directe a creatura, intelligitur a creatura alia. Non tamen ipsa potest se cogere, quia in hoc importatur contradictio. scilicet quod aliquid sit acceptum a seipso, quia violentum est, in quo nihil confert vim patienti, confert autem vim inferens. Et sic voluntas non potest se cogere, quia sic seipsa in illa vi aliquid conferret, in quantum cogeret se, & nil conferret in quantum cogeret, quod est impossibile, per quod modum probat Philosophus in 5. Eth. quod nullus patitur iniustum a seipso, quia qui patitur iniustum, patitur aliquid contra voluntatem suam: si autem faciat iniustum, est secundum suam voluntatem.

cap. 9. & 10. tom. 5.

Ad secundum dicendum, quod corpora caelestia non possunt de necessitate immutare voluntatem, nec unius hominis, nec multitudinis: sed possunt immutare ipsa corpora. Ex ipso autem corpore aliquo modo voluntas inclinatur, licet non necessario, quia resistere potest, sicut cholericus ex naturali complexione inclinatur ad iram, tamen aliquis cholericus potest resistere per voluntatem isti inclinationi. Non autem resistunt nisi sapientes corporalibus inclinationibus, qui sunt pauci respectu stultorum, quia stultorum infinitus est numerus, Ecclesiast. 1. Et ideo dicitur, quod corpora caelestia immutant multitudinem, in quantum multitudo sequitur inclinationes corporales, non autem immutant hunc vel illum, qui per prudentiam resistunt inclinationi predictae.

Ad tertium dicendum, quod incontinens non dicitur uinci a passionibus quasi ipsa passiones cogat, uel immutent necessario voluntatem, alioquin incontinens non esset puniendus, quia pena non debetur in uoluntario: incontinens autem non dicitur in uoluntario operari secundum Philosophum in 3. Eth. sed dicitur incontinens uinci a passionibus, in quantum eorum impulsui uoluntarie cedit.

Ad quartum dicendum, quod angeli non imprimunt intellectui, quasi interius aliquid in intellectu agentis: sed solum ex parte obiecti, in quantum aliquid intelligibile proponunt, quo intellectus noster confortatur, & conuincitur ad sensum: sed obiectum uoluntatis per angelum propositum non de necessitate immutat uoluntatem, ut dictum est, & ideo non est simile.

In corp. art.

Ad quintum dicendum, quod purgatio illa secundum quam angeli purgantur quae ad intellectum pertinet, est purgatio a nescientia, ut Dionysius dicit 6. cap. Caelestis Hierar. si tamen pertineret ad effectum, dicerentur purgare, quasi persuadendo.

7. cap. a modo illius.

Ad sextum dicendum, quod illud, quod est inferius uoluntate, ut corpus uel appetitus sensibilis, non immutat uoluntatem, quasi directe in uoluntatem agendo: sed solum ex parte obiecti. Obiectum enim uoluntatis est bonum apprehensum: sed bonum apprehensum a ratione uniuersali non mouet, nisi mediante apprehensione particulari, ut dicitur in 3. de Anima, eo quod actus sunt in particularibus. Ex ipsa autem passione appetitus sensitui cuiusdam potest esse interdum complexio corporis, uel quaecumque impressio corporalis, quae ex hoc quod appetitus ille utitur organo, impedit & interdum totaliter ligat ipsa particularis apprehensio, uel id quod ratio superior dicitur in uniuersali, ut non applicetur actu ad hoc particulare. Et sic uoluntas in appetendo mouetur ad illud bonum, quod sibi nuntiat apprehensio particularis, praetermissis illis bonis, quod nuntiat ratio uniuersalis. Et per hunc modum huiusmodi passiones uoluntatem

Com. 58. tom. 1.

tem inclinant, non tamen de necessitate immutant, quia in potestate uoluntatis est huiusmodi commutatio, ut uoluntas non impediatur, secundum illud Gen. 4. Subter te erit appetitus illius. peccati.

Ad septimum dicendum, quod compulso illa de qua ibi fit mentio, non est coactionis, sed efficacis persuasionis, uel per aspera, uel per lenia, &c.

ARTICVLVS X.

Verum uoluntas & intellectus sint eadem potentia.

Decimo quaeritur, utrum uoluntas & intellectus sint eadem potentia. Et ut quod sic. Potentiae enim distinguuntur secundum obiecta, obiectum autem intellectus est uerum, uoluntatis uero bonum, cum ergo bonum, & uerum sint idem in proposito, & differant ratione, uidetur quod intellectus & uoluntas sint idem re: sed differant ratione.

¶ 2. Praet. Secundum Philosophum in 3. de Anima, uoluntas in ratione est, ergo uel est idem quod ratio, uel pars rationis: sed ratio est eadem potentia cum intellectu, ergo & uoluntas.

¶ 3. Praet. Vires animae communiter diuiduntur in rationale, irrationale, & concupiscibile: sed uoluntas distinguitur ab irrationali & concupiscibili, ergo continetur sub rationali, & sic non distinguuntur.

¶ 4. Praet. Vbi cumque inuenitur idem obiectum & ratione, est una potentia: sed uoluntas & intellectus practici est idem obiectum re & ratione, utriusque enim obiectum uidetur bonum, ergo intellectus practicus non est alia potentia quam uoluntas: sed intellectus speculatiuus non est alia potentia quam practicus, quia secundum Philosophum in 3. de Anima, intellectus speculatiuus per extensionem fit practicus, ergo uoluntas & intellectus simpliciter sunt una potentia.

¶ 5. Praet. Sicut ad cognoscendum differentia duntaxat adiuuicem, oportet quod sit idem qui cognoscit utrumque eorum, inter quae differentia consideratur, ita oportet quod sit idem, qui cognoscit & uult: sed ad hoc quod cognoscatur differentia inter aliqua duo, ut inter album & dulce, oportet quod eadem potentia sit quae cognoscatur utrumque, et quo probat Philosophus in 2. de Anima sententiam communem esse, ergo eadem ratione oportet quod eadem potentiam quae cognoscit & uult, & ita intellectus & uoluntas sunt una potentia, ut uidetur.

Sed contra, est quod appetituum genus unum aliud est ab intellectu secundum Philosophum, sed uoluntas continetur sub appetituum, ergo uoluntas est alia potentia ab intellectu.

¶ 2. Praet. Intellectus cogit secundum Philosophum in quinto Meta. Sed uoluntas non potest cogi, ut dicitur ergo intellectus & uoluntas non sunt una potentia.

RESPON. Dicendum, quod uoluntas & intellectus sunt diuersae potentiae & ad diuersa genera potentiarum pertinentes. Ad cuius euidenciam sciendum est, quod cum distinctio potentiarum attenditur per actus, & obiecta, non qualibet obiectum differencia ostendit diuersitatem potentiarum, sed differencia obiectorum in quantum obiecta sunt non autem aliqua accidentalis differencia, quae accidit obiecto sibi quod est obiectum. Sensibili enim in quantum est sensibile, accidit esse animatum, uel inanimatum, quamuis ipsi rebus quae sentiuntur, haec differenciae sint essentiales. Et ideo per has differencias non uelificatur potentia sensitiva: sed per actus & obiecta uisibile, & tangibile quae sunt differenciae sensibiles in quantum est sensibile, sicut per esse sensibile per medium.